

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

QVOD FRATRES HOSPitalitatem exerceant.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

QVOD FRATRES HOSPI-
talitatem exercean.

Consuetudo.

1.



INTER
cætera
pietatis
atq; hu-
manita-
tis offi-
cia cõ-
muni to-
tius po-
puli

Christiani consensu Hospitalitas præcipuum
locum obtinet, ut pote quæ alia omnia comple-
ctatur. Ea si à bonis omnibus magno studio
colenda est, quanto maiori ab ijs, qui Hospis-
talariorum militum appellatione & cognos-
mento se notos esse uolunt. Quapropter nihil
potius nobis faciendum est, q̃ quod in nomine

præferimus, re & actis præstemus.

De probis hominibus infirmariæ.

F. Ioannes de Lastico.

VT infirmariæ nostræ status rectius & 2.
diligentius administretur, statuimus ut
per Magistrum & concilium quotannis eliz-
gantur duo probi homines ex diuersis lin-
guis. Qui quolibet die summa cura et studio
unà cum infirmario ægrotos uisitent. Et si qd
ad eorum curam deesse compererint, exactè
reparent. Quibus singulis quoq; mensibus in-
firmarius rationem impensarum, quæ in ipsa
infirmaria fiunt, in scriptis reddere teneas-
tur. Quòd si facere omiserint, is, per quem ste-
terit quominus id fiat, eo ipso priuatus officio
intelligatur.

Qualiter probi homines, et scriba infir-
marie, & Commendatarius paruæ
commendæ se gerere debent.

F. Fabritius de Carreto.

AD euitanda sinistra, quæ facile cōmitti 3.

DE HOSPITA. Tit. iij.

possunt statuiamus, q̄ probi homines infirmariæ, postq̄ à Magistro & concilio ordinario fuerint electi, in eodem concilio solemne sacramentum faciant, de bene & fideliter officium exercendo ad refocillationem Domini norum infirmorum, & quòd distinctè notabunt omnes expensas, quæ quolibet die fient tam in Apotecha q̄ in infirmaria, de quibus aerarium nostrum satisfactionem facere teneatur. Et simile sacramentum faciet scriba infirmariæ, postq̄ secundum antiquas consuetudines fuerit ab Hospitalario præsentatus Magistro & concilio, & ab eisdem acceptatus: & pariformiter Cômendatarius paruæ commendæ. Qui in uim dicti sacramenti nihil distribuet sine ordinatione Medicorum, et scitu proborum hominum. Qui etiam de his notam facient. Si autem præter hunc ordinẽ aliquæ expensæ fiant, non admittantur.

F. Ioannes de Laslico.

4. **I**dem probi homines infirmariæ diebus sin

gulis expensas, quæ ibi fiunt, ad uesperam exami-
nabunt, & in eis nomina sua subscribāt.
Aliiter dictæ expensæ per procuratores nostri
cōmunis ærarij non admittantur.

Quod fiat inuētariū utēfiliū infirmariæ.

Idem Magister.

Sancimus ut probi homines ac Hospitalar. s.
Srius diligenter et cum uigilantia anno quos-
libet legata, dona, ac utēfilia infirmariæ per-
quirant, recognoscant, ac uideant. De omni-
bus quoq; utensilibus & bonis infirmariæ,
uidelicet uasis argenteis, aureis, stāneis, æne-
is, quibusuis lectis, coopertorijs, linteaminis
bus, papillionibus, & cæteris aptis & depu-
tatis: de omnibus alijs quoq; bonis, rebus &
utensilibus, cuiusuis generis fuerint, seruitio
capellæ, pallatij, camerarum, coquinæ, et alijs
officinis ascriptis inuētariū authenticum in
præsentia infirmarij ac prioris & testium
conficiant, signent, & bullent. Valore quoq;
eorum et æstimationē annotare debeant. ipsa

quoq; bona et utēilia aliquo caractere, signo
uel bulla muniant, & sigillent, atq; in loco tu-
to, mundo & idoneo conseruari iubeāt. Præ-
cipiētes infirmario sub pœna priuationis sui
officij, ne quouis modo præsumat aliquid ex
dictis bonis clam uel palàm, directè uel indi-
rectè extra ipsam infirmariam trāsportare,
uel mutare, uel in alios usus conuertere.

Quòd Apotecha infirmariæ uisitetur.

Idem Magister.

6. **N**E per rerum medicinalium impuritātē
infirmi detrimentum corporale patian-
tur, iubemus quòd Apotecha infirmariæ per
Hospitalarium & probos uiros accersitis me-
dicis uisitetur, quoties ipsis Hospitalario &
probis uiris uidebitur. Medici quoq; in præ-
sentia eorum diligenter, cautè & prudenter
scrutentur; si Apotecha munita sit aromatis
bus & medicinis, infirmis congruis & ne-
cessarijs: ne per aromatarij culpā infirmorū
cura omittatur, atq; paruipendatur.

F. Iacobus de Milly.

Statuimus quod infirmarius ac probi ho-
mines omnia statuta Hospitalitatem cōcer-
nentia in membrana scribi faciant, quæ tabu-
læ affixa in ægrotantiū palatio appendatur,
ut omnibus pateat: et secundū eorum seriem
infirmorum administrationi intendatur. 7.

De bulla Hospitalarij.

Idem Magister.

Ad cōseruationem bonorum & supel-
lectilium usui ægrotorum dedicatorum
statuimus, q̄ Hospitalarius uel eius uicegerēs
bullam ferri teneat: qua bullentur cooperto-
ria, paramenta, ornamenta, ac cætera supel-
lectilia, & bona mobilia, quæ bullari possūt:
ne permutentur, transferantur, aut alienen-
tur. ipsa quidem bulla ponatur in sacculo de
corio signato sigillo Hospitalarij uel eius locū
tenentis & proborum hominum, quam infir-
marius custodiet. Bona uerò utensilia, quæ
usui quotidiano applicata nō erunt aut neces-

saria, in aliquo loco sub clauibus infirmarij
& proborum hominum reponantur.

Quòd deputetur Capel. cū Priore Infirm.

F. Ioannes de Lastico.

9. **V**olumus ut Hospitalarius deputet ali-
quem Capellanū ordinis nostri, uitæ ho-
nestæ et probatæ, præsentatum prius Priori
Ecclesiæ, ut ab eo cōfirmetur. Qui in Infirma-
ria quatuor missas qualibet hebdomada cele-
bret: Prior uerò tres, ut uno quoq; die ægroti
missam audiant, in qua pro salute animæ &
corporis eorum preces fiāt. Quibus stipendiū
solitum assignetur. iidem teneantur diligēter
& accuratè confessionem audire, sanctū Eu-
charistiæ sacramentum ministrare, mortuos
sepelire, et ea omnia exercere, quæ ad salutē
animarum ægrotantium, & obsequia sepultu-
ræ defunctorum sunt necessaria.

De exemptione Prioris infirmariæ.

F. Iacobus de Milly.

10. **D**ecet Priorem infirmariæ uigilantem in

obsequijs infirmorum et assiduū esse, præsertim circa ea, quæ ad animarū salutē spectāt. Ideo iubemus q̄ Prior infirmariæ diligenter inuigilet infirmorū saluti, missarū celebratio-
ni, sacramentorū exhibitioni, & cæteris quæ ad eius officium spectant. Quod ut cōmodius fieri possit: ipsum à Carauanarum onere liberamus, atq; seruitorem unum retinēdi auctoritatem cōcedimus: pro cuius manutētionē apodixia frumenti sicut fratri militi cōcedatur, quam à cōmuni ærario accipiat.

De Medicis infirmariæ.

F. Ioannes de Lastico.

Accersantur ad curam ægrotorum Medici II.
dici periti & experientes, qui in præsentia octo fratrum linguarum & infirmarij iurare teneantur, quòd ægotantium uas-
letudini magna diligētia, & secundum probatorum medicorum regulas & scripta intē-
dent. Et saltem bis in die ægotantes omnes uisitare teneantur: & ea, quæ ad eorum cur-

ra necessaria sunt, ordinare. Idq; nulla mora
aut impedimento obstante exequatur. Illi au-
tem Medicorum uisitationi aderunt Infirmas-
rius & Scriba, qui in scriptis fideliter et si-
gillatim excipient id, quod pro salute ægro-
torum à Medicis ordinatum fuerit. Medici ip-
si stipendium ab ærario sument: & nihil ab
ægrotis pro opera sua accipere, aut exigere
poterunt.

De Chirurgis.

Idem Magister.

12. **S**tatuimus etiam ut ad idem ministerium
habeantur duo Chirurghi prudentes, dis-
creti, & artis suæ peritissimi. Qui prius à
medicis Infirmariæ examinati, & approba-
ti sint: aliàs non admittantur.

Quòd Infirm. qualibet nocte ægrotos uisi.

Idem Magisterr

13. **D**ecet Infirmarium circa ægrotorum cu-
ram uigilantem esse, ne per incuriã si-
nistrum aliquid ipsis contingat. iubemus igitur ut

tur ut qualibet nocte infirmarius fido comis-
tatus seruitore hora completorij & auroræ
ægrotos prudenter & discretè uisitet, alloqua-
tur, hortetur, corroboret, & præsidio adsit.
Probi quoq; homines die sequenti, cū aderūt,
perscrutetur, si idem infirmarius uisitatio-
nem compleuerit: in quo si defecerit eum ob-
iurgent, & reprehendāt, et ad faciendum cō-
pellant. Qui si renuerit, in eius defectum pro-
uideant. Alimenta autē corpori humano quā-
to puriora et meliora sunt, tāto magis nutri-
mēto profunt. Idcirco infirmario mādamus,
ut de bonis & præstantioribus nutrimentis
pullis, gallinis, pane et uino prouideat. In quo
Hospitalarius et probi hoīes diligentē curam
adhibeant, ut de eis ægrotis subueniatur.

Quòd ægroti ī infir. modeste se gerere deb.

Idem Magister.

Insolentiam et immodestiam nonnullorum 14.
reprimere uolentes statuimus, quòd ægroti
fratres & sæculares in infirmaria modes-

sse, & temperanter, & honestè se gerant,
 & conuersentur. Nec liceat, aut permittatur
 alicui quidpiam petere, aut obtinere, nisi tan-
 tum illud quod & quale à Medicis pro eius
 remedijs ordinatum fuerit. Quod si audacia
 fretus importunè petierit: nihilominus ei sub-
 ministrari prohibemus. ipsi etiam ualitudi-
 narij ibidè silentio et honesto exercitio utan-
 tur: nec aleis, scachis, aut historiarij, uel chro-
 nicarum lectioni intendant, seu quidpiam
 exerceant, quod in perturbationem uel mole-
 stiam ægrotorum uergat. Qui contra fece-
 rit, priuetur ministratione necessariorum in
 infirmaria, ab ægrotorum quoq; comitiua
 reyciatur, suo arbitrio uitam ducens. Non
 enim medicina & medici auxilio dignus est,
 qui medicinæ dogmata paruipendit. Hanc
 quoq; regulam infirmarius obseruari faciet:
 in quo si negligens fuerit, officio priuetur. Si
 quis autem frater ex ægrotis, postq; à medi-
 cis licentiatus fuerit, mensa infirmarij pro

termino decem dierum aut minori frui uoluerit, id agendi licentiam damus. infirmario quoq; de mensa ærarium satisfaciet.

F. Alphonsus de portugallia.

Fratres infirmitatis initio toto triduo pos-
sunt stare in cameris suis, & eis admis-
nistrari debent necessaria, ac si essent in in-
firmaria. Eo autem termino elapso tenentur
adire infirmariam: aliàs denegatur neces-
sariarum rerũ ministratio Religionis impensis.
Quod fratres in ingressu infirmariæ con-
fiteantur & despropriamentũ faciãt.

F. Ioannes de Laslico.

Statuimus quod omnes fratres, qui ad in-
firmariam nostram ægroti accedunt, ut il-
lic curentur, in ipso infirmariæ ingressu, et
antequam prætereant horæ xxiiij. confiteri,
& Eucharistiæ sanctum sacramentum sus-
mere teneantur. Deinde despropriamentum,
id est, rerum suarum declarationem confice-
re: cui sigillo Prioris infirmariæ corroboras

DE HOSPITALITATE. Tit. iij.

et plena fides adhibeatur, si uerò id facere recusauerint, elapso dicto horarum spatio ab Infirmaria eijciantur, nec eis necessaria ministrentur. Præcipientes ut Infirmarius habere teneatur ad ministerium dictæ Infirmarie famulos bonæ famæ, et diligētes, ac sufficienti numero ad obsequium ægrotantium tantū, ac mulieres honestas pro expositis infantibus nutriendis: qui oēs Christiani existāt.

F. CLAUDIVS de la sengle.

17. **O**Mnia desproprietate fratrum nostrorum tā in conuentu quā extra decentium in Camera nostri communis ærarij registrentur.

De testamento conficiendo per sæculares ægrotos in Infirmaria.

F. Iacobus de Milly.

18. **S**ancimus ut quotiescunq; sæculares ægrotantes in Infirmaria introducti fuerint, confiteri teneātur, Eucharistiamq; suscipiāt, & demum eos Infirmarius, Prior, & probi

homines moneant, & hortentur, ut testamē-
tum conficiant. Quod quidem testamentum
per Priorem uel scribā infirmariæ, præsentē
Priore uel alio Presbytero Prioris loco, duos
bus quoq; uel tribus adhibitis testibus confici-
ciatur: Nec illud sub pœnis iuris canonici res-
cindatur. ipse quoq; Prior & scriba dictū
testamentum auctoritatem et facultatem cō-
ficiendi, admissis testibus ad minus duobus
(tanquam si notarij publici essent) habeant.
Taleq; testamētum in aliquo libro redigatur
ad futuram memoriam, ac pro conseruatione
iuris & iustitiæ uniuscuiusq; in bonis defun-
ctorū. Si uerò sæculares infirmi testamētū
condere recusarent, uel nō possent: tunc in-
firmarius & probi homines per priore uel
scribā inuentariū de bonis eorum fieri corā
testibus iubeāt: ut infirmis ad priſtinā salutē
reductis dentur, et restituantur, uel ut eis de-
fundtis, de bonis ipsorum constet ad eorum,
quorum interest, iurium conseruationem.

ipsa quoq; bona inuentariata in loco tuto sub
clauibus Infirmary & proborū hominum
recludantur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

19. **S**upremam autem sæcularium in infirmar-
ia decedentium uoluntatem ipsi probi ho-
mines faciant fideliter exequi.

Quomodo fratres defuncti sepeliātur.

F. Nicolaus Lorgue.

30. **L**audabile cēseri debet, ut quo habitu fra-
tres nostri in ingressu Religionis & in
uita fuerint redimitti, eodem in sepultura &
funeris pompa ornentur. Igitur sancimus ut
omnes fratres hospitalis, cū è uita decesserūt,
mantellis ad rostra, idest, cum punctis et cru-
ce alba sepeliantur.

Quòd corpora defunctorum sæcularium
honestè sepeliantur.

F. Ioannes de Laslico.

21. **S**tatuimus quòd corpora personarum sæcu-
larium in infirmaria nostra decedentium

decenter & honestè ad sepulturam efferantur, præcedentibus capellanis pro anima defuncti præcantibus. Fiant autem quatuor uestes nigri coloris, quibus hi qui funus deferunt induantur: quas ad id opus seruari, & supradicta exequi infirmarius faciet.

Quòd nullus pullatus funera fratrum comit.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Corpora fratrum nostrorum honestissimè etiam sepeliri uolumus: uerùm prohibemus ne posthac ullus oïno, siue sit frater, siue sæcularis pullatus, idest, ueste lugubri indutus funera ipsorum fratrum comitetur: neq; etiam ipsius Magistri: ubicunq; mortem obierint. 22.

De aperiendis capsis defunctorum.

F. Iacobus de Milly.

NE per incuriam bona defunctorum desperdantur, iubemus districtius ne cuiquam liceat capsas defunctorum in infirmaria aperire, aut bona recognoscere: nisi præ-

DE HOSPITA. Tit. iij.

sentibus Hospitalario, Infirmario, ac duobus probis hominibus. Adijcentes quòd supelles etilia usui infirmorū apta & congrua in eis inuenta non debeant cuiuspiam exercitio deputari: nisi infirmorum usui duntaxat.

De florenis 400. à villaguto infirm. leg.

F. CLAVDIVS de la sengle.

24. **C**ongruum est testatorū deuotionē sequi. Non liceat igitur alicui fratrum nostrorum quacūq; auctoritate fungenti de illa florenorum summa Infirmariæ per fratrem Ioan nem de villaguto Castellatum Empositæ legata & postea aucta, & quæ augebitur dispo nere, nisi magno Conseruatori nostri conuen tus: cui hanc facultatem concedimus de eisdē pecunijs disponendi ad usum infirmorum, secundum dicti testatoris uoluntatem & ordinationem.

De immunitate Infirmariæ.

F. Fabritius de Carreto.

25. **S**ancimus q̄ si delinquens aliquis confus

gerit ad Asylum & immunitatem infirmar-
 riæ: et sit dubium, an illi sit profutura, an nō:
 tunc ad instantiam Castellani & iudicis Ho-
 spitalarius aut eius locumtenens iubeat delin-
 quentem in ipsa Infirmaria securè custodiri,
 donec super eo cognitum fuerit. Quòd si im-
 munitas ualida iudicetur, cum primo nauigio
 ab hac insula, & omni nostra ditione emitta-
 tur, prout antiquitus fuit obseruatum.

Quib. casibus infirm. immunitas nō prodest.

F. CLAUDIUS de la sengle.

HI sunt casus, in quibus Infirmaria im- 26.
 munitas nemini proderit. Latronibus,
 aut nocturnis agrorum depopulatoribus, incē-
 darijs, sodomitis, conspiratoribus, furibus:
 His quoq; qui ex insidijs, aut de industria,
 & deliberatō, uel prodicione, ueneno'ue ho-
 minem occiderint: nec fratrum domesticis,
 nec percussoribus ipsorum fratrum, uel iudi-
 cum nostrorum, et aliorū iusticiæ ministrorū,
 nec ijs qui ære alieno obstricti sunt, nec eis

DE HOSPITA. Tit. iiij.

qui in ipsa infirmaria, aut spe immunitatis
eiusdem delictum commiserint, nec falsis
testibus, aut notarijs, sacrilegis, grassatoris
bus.

Idem Magister.

27. **S**tatuimus quod eleemosynæ in commēdis
nostris dari solitæ continuentur.

